Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 6. Ager Perusinus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Visual Library

VII.

Palia: *Paglia*, Glanim excipiens, eúmque deuehens in Tiberim.

Aſtronius: *Aſtrone.* / Ferſeno: *Ferſenone.* / Riuus Clarus: *Rio Chiaro.* } eius regiunculæ limites.

Nvm. 6. *Ager Peruſinus:* Territorio Perugino.

LOCA AGRI PERVSINI.

Pervsia: *Perugia*, nobis *Peruſe*, aut *Perouſe*, de cuius ortu, & incremento multa apud Leandrum leges. Hanc Totila Rex Gothorum obſedit annis decem, tandémque cepit ac vaſtauit. Poſtea à Longobardis occupata eſt, iis erepta à Carolo Magno, & conceſſa S. Sedi à Ludouico Pio. Malè excepta eſt ſeditionibus Guelphorum, & Gibellinorum; vrbs permunita eſt cum arce.

Diruta Caſtellum: *Druida*, non procul à Tiberi, ſed vltrà; celebratur ob vaſa fictilia quæ videntur inaurata, dicuntúrque Maiorica, quia artis huius initium ex vnâ Balearidum extitit.

Caſtilio ad lacum: *Caſtiliglione di laco*, ſic dictus quia Traſimeno lacui adiacet, Marchionatus caput.

Paſſinianum: *Paſſignano*, ad eundem lacum.

Petramala: *Pietra-mala*, vnde nobilis familia, de quâ ſæpe in rebus Aretinis; à Leandro collocatur in agro Cortonenſi.

Mons Sperellus: *Monte Sperello*, locus munitiſſimus in colle pulcherrimo.

Compinianum: *Compignano*, ad Neſtorem Fl.

Fratta: *Fratta*, ad Tiberim, vbi ponte iungitur, oppidum ampliſſimum, & nunc diues.

FLVVII.

Tiberis: *Teuere*, qui hîc recipit multos fluuiolos. { Niconem: *Nicone.* / Neſtorem: *Neſtore*, qui haurit *Caïna.* / Chiſium: *Chiſio.*

Glanis: *Chiana.* } recipit Treſam: *Treſa.*

LA-

Trasvmenvs, ſeu Traſimenus, nunc Pervsinvs, *Lago di Perugia*, piſciũ co- { Inſula Maior: *Iſola Maggiore*, vbi Fanum S. Franciſci: *S. Franceſco.* / Inſula Minor: *Iſola Minore.* } in parte Boreali lacus.



L'UMBRIE,
LE PERUSIN,
le Duché
D'URBIN
LA MARCHE
D'ANCONE.
LE LAC
DE PERUSE
DUCHÉ
DU RBIN
LA MAR CHE D'ANCONE
PARTIE DE L'ABRUZZO
PE RUSIN
UM BRIE
URBIN
PERUSE
ASSISIO
FULIGNO
NORCIA
RIETI
TERNI
NARNI
ORVIETO
AMELIA
SPOLETO
ANCONA
RECANATI
FERMO
ASCOLI
CAMERINO
FABRIANO
EUGUBIO
PASSIGNANO
BORGHETTO
CASTIGLIONE
36
37
38
43
42

CVS. | piâ celeberrimus, & peramœnis locis, quibus vndequaque præcingitur. | Poluesia: *Iſola Polueſe*, in parte Auſtrali lacus.

Nvm. 7. *Comitatus Ciuitatis Caſtellanæ*, Contado di citta di Caſtello.

LOCA HVIVS COMITATVS.
- Civitas Castellana: *Citta di Caſtello*, olim Tifernum, caput Comitatus, quem diu ſeruauit nobilis Vitelliorum familia, vnde nobiliſſimi Duces extitere: munitiſſima ciuitas eſt ad Tiberim.
- Mons Guelphorum: *Monte Guelpho*, à ſeditioſis illis Italicis nomen habet.
- Caſtellum Francicum: *Caſtel Franco*, locus ſat munitus ad Apenninum.
- Triſtina: *Triſtina*, verſus Florentinos.
- Ripa: *Ripa*, ad Apennini radices.

FLVVIVS. Tiberis: *Teuere*, qui hîc multis fluuiolis augetur, ſed hi nullius pænè nominis ſunt.

Nvm. 8. *De Vmbria, ſeu Ducatu Spoletino*; Vmbria, ó Ducato di Spoleto.

Dvcatvs Spoletinus ita dictus videtur à Ducibus quos Longinus Exarchus inſtituit, Narſete exauctorato, quo tandem potiti Longobardi nomen Ducatus ei reliquere: ſed erat olim amplior, quàm in præſentiâ eſt, vt oſtendere nititur pluribus Leander.

TERRITORIVM SPOLETINVM,
- Spoletvm, ſeu Spoletium: *Spoleto*, nobis *Spolete*: vrbs adeo Theodorico placuit, vt in eâ Prætorium exædificarit; hæc & palatium ab iiſdem Gothis euerſa, ſed reparata vrbs eſt à Narſete. Deſolata iterum à Friderico Ænobarbo, quia Alexandro III. fauebat. Nec malorum finis, nam iterum à Peruſinis euerſa; nunc lauta eſt, & munita.
- Folianum: *Fogliano*.